

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Poetica astronomica**

**Hyginus, Gaius Iulius**

**[Venedig], 22. Jan. 1485**

De terra & mari

[urn:nbn:de:bsz:31-249028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-249028)

Quāto magis a polo discedes: hoc maiores circulos fieri: & hac re minorē numerū duci: ut pares eorū uideant effectus. Et si nō in .xxx. partes unūquodq; hemisphēriū diuidatur: sed in alias quodlibet finitiones: tamen eo ratio peruenit eius ac si .xxx. partes fecisset.

De zodiaco circulo.



Odiacus circulus tribus subiectus: de quibus supra diximus: ex quadā parte cōtingit estiuū & hyemale circulū: equinoctiale autē medium diuidit. Itaque sol per zodiacum circulū currens: neque extra eū transiēs: necessario cū signis his: quibus inixus iter conficere uidetur puenit ad eos: quos supra diximus orbes: & ita quattuor tēpā definit. Nā ab ariete incipiens Ver ostēdit: & taurum & geminos transiens idē significat. Sed iā capitibus geminorum circulū estiuū tangere uidetur: & per cancrū & leonē transiēs & uirginē: estate efficit. Et rursum a uirginis extrema parte transire: ad equinoctiale circulū respicit. In libra autē equinoctiū cōficit: & autumnū significare incipit. Ab hoc signo transiens ad Scorpium & Sagittariū. Deinde p̄tinus incurrit in hyemale circulū: & a capricorno: aquario: piscibus hyemē trānsigit. Itaque ostenditur nō per tres ipsos circulos currere: sed zodiacū transiens ad eos puenire. Sed quoniam de his rebus diximus. Nūc terrę positionē definiemus & mare quibus locis interfusū uideatur ordine exponemus.

De terra & mari.



Terra mundi media regione collocata: omnibus partibus equali dissidēs intervallo: centrum obtinet sphaerę. Hęc mediā diuidit Axis in dimensionē totius terrę: Oceanus autē regione circūductiōis sphaerę perfusus: prope totius orbis alluit fines: Itaque & ligna occidentia: in eundē decidere existimant. Sic igitur & terras contineri poterim⁹ explanare. Nā quęcunq; regio est quę inter arcticon & estiuū finē collocata est: ea diuiditur tripartitā: Et quibus una pars Europa. altera Aethiopia. tertia Asia uocatur. Europā

9  
igitur ab aethiopia diuidit mare ab extremis oceanus finibus & her-  
culis columnis. Asia uero & lybia cum egypto determinat os Nili  
fluminis: quod canopicon appellatur: Asiam ab europa Tanais diui-  
dit bipartita se conficiens in paludem: quae Meotis appellatur. Hac  
igitur definitione facile potest mare omnibus obiectum finibus ter-  
re: Sed ne uideatur nonnullis mirum: cum sphaera in .lx. partes diuidatur:  
ut ante diximus. quare definiuimus ab aestiuo circulo ad arcticum  
cum fine duntaxat habitari: sic uel optime defendimus. Sol enim  
per media regionem sphaerae currens: nimium his locis efficit feruorem  
Itaque quae finis est ab aestiuo circulo ad hyemale: ea terra a grecis  
*Διαφεκων* uocatur & neque fruges propter exustam terram nasci:  
neque homines propter nimium ardorem durare possunt. Extremae  
autem regiones sphaerae duorum circularum: quorum alter Boreus alter  
Notus uocatur sine arctici circuli: & eius qui antarticus uocatur  
non habitantur: Ideo quod sol est semper ab his circulis longe: uentique  
assiduos habent flatus. Quauis enim sol ueniat ad aestiuum circulum  
tamen longe ab arctico uidebitur sine: id ita esse: hic quoque licet  
intelligere. Cum enim sol ueniat ad eum circulum: qui hyemalis uocatur:  
& efficiat nobis qui prope eum sumus constituti nimium frigus:  
quid arbitramur eis locis frigoris esse: qui longius etiam abunt  
a nobis. Quod cum in hac parte sphaerae fiat: idem in altera parte  
definitum putauimus. ideo quod similes eius sunt effectus. Praeterea  
hinc quoque intelligimus illic maximum frigus. & in aestiuo circulo  
calorem esse. quod quae terra habitatur: Eos tamen uidemus qui proxime  
sunt arcticum finem uti braccis & eiusmodi uestitu uestitum. Qui  
autem proximi sunt aestiuo circulo: eos ethiopas & perusto corpore  
esse. Habitat autem sic temperatissimo caelo cum inter aestiuum cir-  
culum & arcticum finem haec ueniat temperatio. quod ab arctico cir-  
culo frigus: ab aestiuo feruor exortus in unum concurrans: efficit  
media finem temperatam: quae habitari possit. Itaque cum sol ab eo  
loco discessit: hyeme necessario conflictamur. quod uentum exorien-  
tem non reuerberat sol. Quod cum ueniat in hac diffinitione, illud

quoq; fieri posse uidemus: ut hyemali circulo nobis ad antarcti/  
cum finē habitari possit. q̄ pares eodem pueniant casus: Certū  
quidē esse nemo cōtendit. neq; puenire eo potest quisq;: ppter  
interiectū terrę: quę ppter ardorē nō habitat. Sed cū uidemus  
hanc regionē spherę habitari: illā quoq; in simili causā posse cō  
stitui suspicamur. Clarissimi uiri Hyginii de signorū  
celestiū historiis. Liber secundus.

**S**ed quoniam quę nobis de terrę positione dicen/  
da fuerūt: & spherā totam diffiniuim⁹: Nunc quę  
in ea signa sunt nominabimus sigillatim E quibus  
igif primū: Duas arctos & draconē: Deinde arcto  
pbilaca cum corona dicemus: Ceteum qui engo/  
nasin uocat: Exinde lyrā cū olore & cepheo & eius uxore cas/  
siopēia filiaq; andromeda & genero Perseo. Dicemus etiā pro/  
tinus Aurigam a grecis ηυρίοχου appellatū. Ophiulcū p̄terea  
cum sagicta & aquila paruq; delphine. Inde Equū dicemus cū  
eo sidere quod deloton uocatur. His corporibus enumeratis  
ad. xii. signa perueniemus. Ea sunt hec. Aries: Taurus. Gemini  
Deinde cancer cū leone & uirgine. P̄terea Libra dimidia ps  
scorpionis: & ipse scorpius cū sagictario: & capricorno. Aqua/  
rius uero cum piscib⁹: reliquas habet partes. His cōnumeratis  
suo ordine est cet⁹ cū Eridano flumine & lepore. Deinde orion  
cum canē: & eo signo quod procyon dicitur. P̄terea est argo  
cū centauro & Ara. Deinde hydra cū pisce q̄ notus uocat. Hoꝝ  
omniū nō inutile uidet⁹ historias pponere: que certe aut utili/  
tatē ad scientiā: aut iocūditatē ad delectationē afferent lectori.

**L**igitur: ut supra dixim⁹ initiū est nobis Arctos ma/  
xima. Hanc autē Hesiodus ait esse Calisto nomi/  
ne: Lycaonis filiam: eius qui in archadia regnauit  
eamq; studio uenationis inductā ad Dianā se ap/  
plicuisse a qua nō mediocriter esse dilectam ppter  
utriusq; cōsimilē naturā. Postea autē ab ioue cōpressam ueritā